

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Quid sit Magia. Cap. II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)

ab uno Pythagora, illius nominis primo, ut scribit Diogenes, Indi Brachmanes, & Gymnosophistas græcæ, quasi nudos philosophos dicas, Babylonij, nec non Asyrii Chaldæos à Chaldæa Asiae regione, Celtæ Galli Druydas, Bardos, & Semnothcos, Aegypti Sacerdotes, Chabalistæ Prophetas: & tandem Magia diuersas apud gentes diuersis scatet nominibus. Sed plerosque in ea fuisse viros, rerum Naturæ callentissimos reperimus, quemadmodum fuit Zoroastres Oromasii filius apud Persas, ut diximus, Numa Pompilius apud Romanos, Tescion apud Gymnosophistas, Zamolxis apud Thracas, Abbaris apud Hyperboreos, Hermes apud Aegyptios, & Budda apud Babylonios. Memorantur præterea ab Apuleio Carinondas Damigeron, Hisinoes, Apollonius, & Dardanus post Zoroastrem, & Osthancem.

## Quid sit Magia. C A P. II.

**B**IFARIAM *μαγείαν* ipsam diuidūt, infamem alteram, ac immundorū spirituum commercijs inauspicatā, carminibus, & nefarij curiositatis arte concinnatam, efformataq., quam *μαγείαν* vocat, cui omnes docti, præstantesq; viri aduentantur, quæ præter imaginamenta, nullam porrigit rationis & cœlentiae veritatem, quorum nec vestigium mox remaneat, ut lamblicus libro de mysterijs Aegyptiorum habet. Naturalem alteram sapiētissimus quilibet, festo plausu excipit, colit, & veneratur, ut nil altias, nilve bonarum literarū candidatis plausibilius. Ad hanc discendam, perquirendumque præstantissimos in Philosophia proceres viros Pythagoram, Empedoclem, Democritum, & Platonem è patrijs discessisse legimus, exilijs potius, quam peregrinationibus suscepisti; hanc reuersi prædicauerint, hanc in arcanis habuerint. Reconditionis literaturæ vii scientissimi eam ipsam naturalium scientiarum apicem, ac cōsummamat facultatem esse dicunt, ut si quid nobilius, aut miraculo proximius in naturalibus scientijs, aut fingi, aut maginari possit, id Magiam dixerint. Alij actiuam naturalis Philosophiæ portionem prodiderunt,

## DE CAVSIS RERVM.

2

derunt, effectus suos ex mutua, & opportuna applica-  
tione producentem. Platonici, vt Plotinus Mercurium  
sequutus habet libro de sacrificio, & Magia, scientiam  
esse, qua inferiora superioribus, vel terrena cœlestibus  
subiulantur, & illecebris quibusdam arte petitis vni-  
uersi qualitatem alliciat. Ob id Ægyptij Naturā ipsam  
Magam vocarunt, quod vim in alliciendo, attrahendo-  
que similia per sibi similia possideret, & vim illam in a-  
more consistere: & quæ Naturæ cognitione traheren-  
tur, magicos attractus dixerunt. Nobis vero non nisi vni-  
uersæ Naturæ contemplationem esse videtur. Ex cœlo-  
rum enim motus consideratione, stellarum, elemento-  
rum, eorumq; transmutationibus, sic animalium, plan-  
tarum, mineralium, eorumq; ortus, & interitus occulta  
vestigantur arcana, vt tota scientia ex Naturæ vultu de-  
pendere videatur, vt latius videbimus. Id designare vi-  
detur Plato in Alcibiade, qui Zoroastri Magiam, nil ali-  
ud sibi videre dixerit, quam diuinorum scientiam, &  
cultum, qua inter regalia imbuūtur Persarum Regum  
filii, vt ad mundanæ Reip. imaginē, & ipsi suam Remp.  
regere, & administrare condiscerent. Et M. Tullius Di-  
uinationum libro, neminem ait apud Persas regia ma-  
iestate potiri, qui magica non fuerit imbutus scientia:  
nam vt mutuo dissensu, consensuq; Natura mundum  
gubernat, ita & ipsi suam Remp. gubernare cōdiscant.  
Hęc, inquam, plurimæ compōs potestatis, abditis sca-  
fens mysterijs, delitescentium rerum qualitates, pro-  
prietates, ac totius Naturæ cognitionem elargiens, do-  
çensq; ex rerum consensu, dissensuq; ita dissociare, vt  
mutua, & opportuna applicatione coniungere, vt ea o-  
pera efficiat, quæ vulgus vocat miracula, omnē admira-  
tionem, humanūm vē captum excedentia. Ideo in  
Æthiopia, & India vigebat, vbi herbarum, lapidum, cę-  
terorumq; ad id spectantium multa suppeditebat facul-  
tas. Vnde vos, qui Magiam visuri acceditis, nil aliud  
Magiae opera credatis, quam Naturæ opera, vt iars mi-  
nistra, & sedula famulatur. Sicubi enim aliquid natura-  
li cognitione deesse noscit, per vapores, & numeros op-  
portunis illud instaurat temporibus, vt in Agricultura.

A 2

MAGIÆ NATVR. LIBER I.

ipsa Natura herbas, & segetes parit, ars vero præparat.  
Ob id Antiphon Poeta dicebat, arte superamus ea, qui-  
bus natura vincimur, & Plotinus Magum Naturæ mi-  
nistrum, non artificem vocat. Supersticiosi, prophani,  
impij homines hinc facestis, nil nobis vobiscum com-  
mune est, vobis clausa ianua est, nec solum ex huius li-  
minibus, sed vrbe, & orbe expellendos, pœnis plecen-  
dos, & pessundandos censemus. Sed quali officio, do-  
ctrinaq; fungi debeat hic minister, in sequenti demon-  
strare intendimus.

*De Magi institutione, & qualem oporteat esse Magi e  
professorens. CAP. III.*

**N**VNC Magum instituere fas est, & quæ nouisse, &  
meminisse oporteat, ut omniisque instructus,  
monstricos, & mirabiles effectus auspicetur. Quoni-  
am ipsam Magiam actiuam, & naturalis Philosophiæ  
portionem descripsimus, iure quidem Magum, qui tanta  
debet maiestate pollere, exactum, & consummatum in  
Philosophia, consultissimumque exoptarem. Docet ce-  
nim ipsa:

Quid calor efficiat, quid terra, quid humus, & aer,  
Quid generent unda, magni primordia cœi,  
Vnde muri fluxus, varijsve coloribus iris,  
Reddere quid faciat clamosa tonitrua, & orbes,  
Quæ secreta faces noctu, quæ causa cometas  
Proferat, & tumidas qua cœca potentia terras  
Concutiat, quæ sint auri, quæ semina ferri,  
Totaq; Natura vis ingeniosa latentia.

Medicinæ quoque haud sit ignarus: nam huic scientiæ  
congener, & simillima est. Namq; sub hac specie irrepelli-  
se, & hominum mentes sic affectasse aiunt, & præsidia  
nobis multa præstat. Docet enim missiones temperies,  
& compar modo ad ea peragenda cōponere, & appli-  
care. Mox in herbarum dignotione nō simplicem bo-  
tanicum, sed acerrimum stirpium vestigatorem deside-  
ramus, vaga enim stirpium nomenclatione, & indiscre-  
ta similitudine, diu, multumq; in aliquibus operib. in-  
sudauimus. Nec artifici inconuenientius, quam instru-  
menta